Dixit dns. A. Beata mater
Domino meo: sede a dextris
meis. Donec ponam inimi-
cos tuos: scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tue dns ex
syon: dominare in medio inimicorum
tuorum. Tecum principiu
in die virtutis tue in splendoribus
sanctorum ex utero ante lucife-
rum genui te. Iuravit dns
et non penitebit eum tu es
sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech. Dominus
a dextris tuis confregit in die
ire sue reges. Iudicabit in na-
tionibus implebit ruinas con-
quassabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibit: pro-

47 MS. MR. Frag. 58.47

pterea exaltabit caput. Gl'a
Laudate pueri dñm: lauda
te nomen dñi. Sit no
men domini benedictum ex
hoc nunc et usq; in sclm. A so
lis ortu usq; ad occasum lau
dabile nomen dñi. Excelsus
super omnes gentes dominus
et sup celos gloria eius. Quis
sicut dominus deus noster
qui in altis habitat: et humilia
respicit in celo et in terra. Sus
citans a terra inopem: et de ster
core erigens pauperem. Ut
collocet eum cum principibus:
cum principibus populi sui. Qui
habitare facit sterilem in domo
matrem filiorum letantem. Gl'a

Lauda ihrlm dnm: lauda
deum tuū syon. Quōm
confortavit seras portarum tuarū
benedixit filiis tuis in te. Qui
posuit fines tuos pacem: et adipe
frumenti saciat te. Qui emittit
eloquiū suū terre: velociter currit ser
mo eius. Qui dat nivem sicut
lanam: nebulam sicut cinerem sp
argit. Mittit cristallum suū sicut
buccellas: ante faciem frigoris eius
quis sustinebit. Emittet verbū
suum et liquefaciet ea: flabit sps
eius et fluent aque. Qui annū
ciat verbum suum iacob: iusticias
et iudicia sua isrl. Non fecit ta
liter omni nationi: et iudicia sua
non manifestavit eis. Gloria patri

MS.MR.Frag.58.49

℟ Beata mater et innupta virgo gloriosa
regina mundi intercede pro nobis ad dominum.
Beata es virgo maria que
dominum portasti creatorem
mundi genuisti qui te fecit
et in eternum permanes virgo. ℣ Ave
Maria. ℟ Christi virgo dilectissima vir-
tutum operatrix opem fer miseris. Sub-
veni domina clamantibus ad te iugiter.
Dum peccatorum mole premimur et non est
qui adiuvet. Subveniat domina. Gloria
patri. Subveniat domina. Hymnus.
Ave maris stella dei mater
alma atque semper virgo
felix celi porta. Sumens illud
ave gabrielis ore funda nos in
pace mutans nomen eue. Sol-
ve vincla reis profer lumen

ceca